



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **En Damvs Chronicon**

**Eusebius**

**Basileae, 1529**

**VD16 VD16 E 4266**

Prosperi Aqvitanici, Viri Eloqventissimi Temporvm Continvatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98136](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98136)

# PROSPERI AQVI-

TANICI, VIRI ELOQVENTIS,  
SIMI TEMPORVM CON-  
TINVATIO.



V C V S Q V E Hieronymus Presbyter ordinem prae-  
dentium digessit annorum: Nos quae secuta sunt adijcere cu-  
rauimus. Igitur Valente à Gothis in Thracia concremato,  
Gratianus cum fratre Valentiniano XLI regnavit annis 6.

GRATIANVS cum fratre suo Valentiniano Roma-  
norum XLI regnavit annis 6.

Anni mundi.	A	Regnum Romanorum.	Anni domini.
5580	1	Mufonio & Olybrio COSS. Gratianus post mortem pa- trui Theodosij Theodosium filium in consortiū assumit imperij, & ei regnum tradidit Orientis. Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus prælijs Gothos superat, & è Thracia pellit. Langobardi ab extremis Germaniæ finibus Oceanicq; protinus littore, Scandiaq; infula magna multitudo in- gressi, & nouarum seditionum auidi, Iborea & Aione ducibus Vandalos primum uicerunt.	382
		ol. 290 Sempronius uir apprime eruditus agnoscitur. Ea tempestate Priscianus <sup>li</sup> Episcopus de Galatia <sup>geria</sup> ex Ma- nichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nomi- nis sui condidit.	
	2	Gratiano & Theodosio <del>X</del> COSS, pro catholica fi- de multa sublimiter Ambrosius scribit. Theodosius cū Thessaloniciæ ægrotaret, à Basilio eius- dem ciuitatis Episcopo baptisma suscepit. Procurante Gratiano eò quod Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis. Synodus patrum CLXXX apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium, spiritū sanctum de- um esse negantem.	383
	3	Euagrio & Eleutherio COSS. Martinus Episcopus Turonorum Galliæ ciuitatis, multis clarus habetur. Gregorius Nazianzenus uir sua ætate eloquentissimus, & Hieronymi præceptor obiit.	384
5583	4	Antonio & Syagrio COSS. Athanaricus rex Go- thorum	385

Anni mūdi.	Romanorum.	Anni domini.
A	thorum, apud Constantinopolim xv quo fuerat fu- sceptus die occiditur.	
5	Merobaude II & Saturnino coss. Arcadius The- odosij Imperatoris filius Augustus appellatur.	386
ol.	Petronius Bononiensis Episcopus, uir studijs & sanctita- tate clarus moritur.	
6	Nicomede & Clearcho coss. Honorius Theodosij filius nascitur.	387
	Romanæ ecclesiæ post Damasum <b>SYRI</b> <b>CV</b> <b>S</b> <b>XXXVI</b> præfuit.	
	In Britannia per seditionem militum Maximus Impera- tor est factus, quo mox ad Gallias transferente se Gratia- nus Parisius Merobaudis magistri militum proditione fu- peratus, & fugiens Lugduni captus atq; occisus est. Maximus Victorem filium suum consortem regni facit. <b>VALENTINIANVS</b> cum Theodosio <b>XLII</b> Ro- manorum regnauit annis 7.	
1	Arcadio & Bautone coss. hoc tempore Hieronymus presbyter toto iam mundo clarus habitat in Bethleem, egregio ingenio studio uniuersali ecclesiæ seruiens.	388
B	Priscillianus in Synodo Burdegalensi se damnandum in- telligens, ad Imperatorem Maximum prouocauit, audi- tusq; Treuiris ab Euodio Præfecto Prætorio, à Maximo gladio addictus est cum Eucrocia Delphidij Rhetoris coniuge, & Latroniano, alijsq; erroris confortibus. Burdegala quædam Priscilliani discipula nomine Vrbi- ca, ob impietatis pertinaciam per seditionem uulgi lapidi- bus extincta est.	
2	Honorio Nepote & Euodio coss.	389
3	Valentiniano III & Eutropio coss.	390
4	Theodosio II & Cynegio coss. Maximus tyrannus à Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regijs, sistitur & capite damnatur, cuius filius Victor ab Arbogaste inter- fectus in Gallijs.	391
5590	5 Timasio & Promoto coss. Ithacius & Vrfacius Episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fue- rant, ecclesiæ communionem priuantur.	392
6	Langobardi eorum ducibus defunctis, primum sibi re- gem creauerunt Algelmundum Aiovis filium, qui regna- uit Valentiniano III & Neoterio coss. (uit annis 33. signum in celo, quasi columba pendens ardensq; per di- es 30 apparuit.	393

*Historia*

† Neoterio

PROSPERI AQUITANICI

Annū mūdi.	Romanorum.	An. domini.
7	Theodosius uenerabile Ioannis Baptistæ caput ex uico Coslai Constantinopolim deportans, septimo ab urbe lapide in Basilica, quam magno sumptu in eius honorem erexerat recondit.	394
	Titiano & Symmacho COSS. Eugenius fauore Arbogastis confusus imperium sibi met usurpauit.	395
	Arcadio II & Rufino COSS. Valentinianus ad uitæ fastidium nimia Arbogastis magistri militum austeritate ductus, laqueo apud Viennam periit.	396
	Arbogastes magister exercitus mortuo Valentiniano, cuius exercitu grauabatur, Eugenium in Gallijs imperatorem THEODOSIVS XLIII Romanorum (re facit. cum iam per 14 regnaret annos, regnat cum Arcadio & Honorio filijs annis 3.	
1	Theodosio III & Habundantio COSS. Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem eius Arcadium Cæsarem fecerat principem constituit 17 ab urbe miliario, cum hora tertia tenebræ factæ sunt.	397
2	Arcadio III & Honorio II COSS. Ioannes monachus Anachoreta clarus habet, qui ornatus prophetiæ gratia Theodosium consulentem de euentu belli, quod aduersus Eugenium mouebat, uictorem futurum prædixit.	398
3	Olybrio & Probino COSS. Theodosius Eugenium uincit & perimit.	399
	Augustinus beati Ambrosii discipulus, multa facundia doctrinæ excellens, Hippone regione Africae Episcopus ordinatur.	
	Hoc tempore Claudianus Poëta innotuit.	
	Theodosius Imperator Mediolani moritur.	
	ARCADIVS XLIIII Romanorum cum iam regnasset annis 12, regnat cum fratre Honorio an: 13.	
1	Arcadio IIII & Honorio COSS. terræmotus per dies plurimos fuit, cælumq; ardere uisum est.	398-400
	Orosius Hispanus presbyter uir eloquens, & historiarum cognitor claret.	
5599	2 Cæsario & Attico COSS. Flacilla nata est Arcadio filia.	399-401
	Euagrius incredibilis abstinentiæ monachus, & in sacris literis eruditus, apud Aegyptios habetur insignis.	400
	4 † Manlio & Theodoro II COSS. cum huc consulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore & uitæ exutus est.	401-3
	Honorio IIII & Eutychiano COSS. ANASTASIVS XXXVII Romanæ	

Augustinus

Orosius

Tranquilli † Manlio  
COSS. Vide  
Cognatum Commentariorum  
in 18. lib. de Civ. Dei  
in cap. 54. Tom. 5.  
Augustini opera.

Anni mudi.	Romanorum.	Anni domini.
	Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet annos 3, dies 21.	
5	Stilicone & Aureliano coss. Gothi Italiam Halarico & Rhadagaiso ducibus ingressi.	402
6	Vincencio & Fabricio coss. Ioannes Constantinopolitanus, & Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi habentur, sed utriusq; obscurauit discordia, quæ eousq; processit, ut Ioannes à Theophilo oppressus Pontum exilio pergere cogeret, cū tamē cōmunionē eius maxima pars eorū Episcoporū Romani Pōtificis exemplū secuta seruauerit.	403
7	Arcadio v & Honorio v coss. aduersus Gothos uehementer utriusq; Polentiæ partis clade pugnatum est. INNOCENTIVS XXXVIII Romanæ ecclesiæ præest Episcopus annis 15, mensibus 2, diebus 21.	404
8	Theodosio Augusto et Rimeridio coss. Eudoxij Arcadij uxoris statua super Porphyricam columnā posita est.	405
9	Honorio vi & Aristeneto coss. Eudoxa uxor Arcadij diem clausit.	406
10	Stilicone ii & Anthemio coss. Radagaisus in Tuscia multis Gothorum milibus cæsis, ducente exercitum Stilicone superatus & captus est.	407
11	Arcadio vi & Probo coss. Vandali & Alani Gallias traiecto Rheno pridie Cal. Ianuarias ingressi.	408
12	Honorio vii & Theodosio ii coss. Constantinus ex infima militia ob solam speciem nominis in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias transit.	409
13	Basso & Philippo coss. Arcadius Imperator Constantinopoli moritur. HONORIVS cum Theodosio fratris filio XLV Romanorum regnauit annis 16.	410
14	Honorio viii & Theodosio iii coss. Vandali Hispanias occupauerunt. Attalus Romæ Imperator factus, qui mox priuatus regno Gothis cessit.	411
15	Flauio Varrone coss. Roma orbis quondam uictrix à Gothis Halarico duce capta, & ob hoc solus fuit orientalium partium Consul, quod in sequenti anno obseruatum est.	412
16	Theodosij Augusti iiii consulatu Constantinus per Honorij duces Constantinum & Vlsulam apud Arelantense oppidū uictus & captus est, cuius filiū Constantem in Hispania regnare orsum, Geruntius comes in Maximum quandam tyrannidem transferens, interemerat.	413
17	Honorio ix & Theod. v coss. Maximo in Hispania regno	414

*videh abundare.*

† Rimerido

† Varrone & Tertullo

PROSPERI A Q V I T A N I C I

C	Anni	Romanorum.	Anni
mūdi.			domini.
		regno ablato uita est concessa, eo quod modestia humilitatis affectati imperij inuidiam non merebatur.	
		Gothi rege Athaulpho Gallias ingressi. Eodē tempore Heros uir sanctus, & beati Martini discipulus, cum Arelatenſi oppido Episcopus praesideret, a populo ipsius ciuitatis infons & nullis insimulationibus noxius pulsus est, inq̄ eius locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Constantis magistrī militum, cuius per ipsum gratia quaerebatur, eaq̄ res inter Episcopos religionis illius magnarum discordiarum causa fuit.	
	5	† Luciano uiro clarissimo Cōsule, huius collega in consularu fuit Herodianus, qui nouarum in Africa rerum reus, & honorem amisit & uitam.	415
		Burgundiones partem Gallia propinquantem Rheno obtinuerunt.	
		Iouius & Sebastianus fratres in Gallijs regno accepto interempti.	
		Hac tempestate Pelagius Brito dogma nominis sui contra gratiam Christi Celestino & Iuliano adiutoribus exruit, multosq̄ in suum trahit errorem, praedicans unumquēq̄ ad iustitiam uoluntate propria regi, tantumq̄ accipere gratia quantum meruit, quia Adā peccatū ipsum solum laeserit, nec posteros eius obstrinxerit. Vnde & uolentibus possibile sit omni carere peccato, omnesq̄ paruulos tam infontes nasci, quam primus homo ante praeruaricationem fuit, & ideo baptizandos non ut peccato exuantur, sed sacramento adoptionis honorentur.	
	6	Constantino uero consule Attalus Gothorum consilio & praesidio tyrannidem resumit in Gallijs.	416
	7	Honorio x & Theodosio vi cō s s. Attalus a Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & praesidio carens capitur, & Constantino Patricio uiuus offertur. Athaulphus a quodam suorum uulneratus interijt, regnumq̄ eius Vuallia parētis, qui idem cupere intelligebatur inualit.	417
	8	Theodosio vii & Palladio cō s s. Placidiam Theodosij Imperatoris filiam, quam Romae Gothi ceperant, quam Athaulphus coniugem habuerat, Gallia pacem Honorij expetens reddidit, eiusq̄ nuptias Constantius promeretur.	418
		ZOSIMVS XXXIX Romanae ecclesiae Episcopatum suscipit anno uno, mensibus 9, diebus 8. Quo tempore Pelagius iam a Pontifice Innocentio praedamnatus, Afro	

Lucio  
x Herachiang

obitum

x  
obitum

rum uigore

Anni mūdi.	ROMANORUM.	Anni domini.
	rum uigore, & maxime Augustini Episcopi scientia re- sistebatur.	
9	Honorio XI & Constantio II COSS. Honorius trium- phans Romam ingreditur, præunte currū eius Attalo, quem Lyparæ uiuere exulem iussit.	419
10	Honorio XII & Theodosio VIII COSS. Hoc tempo- re Constantius seruus Christi ex uicario Romæ habitās & pro gratia dei Pelagianis resistēs factione eorundem multa pertulit, quæ illū sanctis confessoribus sociauerūt. Concilio apud Carthaginem habito C C X V I I Episco- porum, tad Pontificem Zosimū Synodalia decreta per- lata, quibus probatis per totum mundum hæresis Pela- giana damnata est. Valentinianus Constantij & Placidia filius, nascitur se- xto Nonas Iulias.	420
	BONIFACIUS XL Romæ Episcopatū tenet annis 3, mensibus 9.	
11	Maximo & Plinta COSS. Constantius pacem firmat cum Vuallia, data ei ad habitandū Aquitania & quibus dam ciuitatibus confinium prouinciarum.	421
12	Theodosio VIII & Constantio III COSS. Constan- tius ab Honorio in consortium regni assumitur. Hieronymus presbyter moritur anno ætatis suæ 91, pri- die Calendas Octobris.	422
5620	13 Agricola & Eustathio COSS. Constantius Imperator moritur.	423
	14 Honorio XIII & Theodosio X COSS. hoc tempo- re exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cuius Crastinus dux fuit, qui Bonifaciū uirum bellicis artibus præclarum inepto & iniurioso imperio ab expedi- tionis suæ societate auertit. nam ille periculosum sibi atq; indignum ratus sequi quem discordem superbientemq; expertus esset, celeriter se ad portum urbis, atque inde ad Africam proripuit, idq; reipublicæ multorum laborum initium fuit.	424
	15 Mariniano & Asclepiodoto COSS. Placidia Augusta à fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honorio & Valentiniano filijs proficiscitur.	425
	16 CELESTINVS XLI Romanæ ecclesiæ præsidet Epi- scopus annis 9. Longobardorum II regnauit Lamissus meretricis fi- lius annis 3. Honorius moritur, & regnum eius Ioannes occupat	426

† à Pontifice  
Zosimo syno-  
dalia decreta  
sunt prolata.

Q coniuente

PROSPERI A Q V I T A N I C I

Annū mūdi.	Romanorum.	Annū domini.
	conniūente ut putatur Craſſino, qui exercitui magiſter militum præſuit.	
	THEODOSIVS XLVI Romanorū regnauit an: 30.	
1	Craſſino & Victore coſſ. Theodoſius Valentinianū amitæ ſux filium Cæſarem facit, & cum Auguſta matre ſua ad recipiendum occidentale mittit imperiū: quo tempore Ioannes dūm Africam quā Bonifacius obtinebat bello repoſcit, ad deſenſionem ſui infirmior factus eſt.	427
2	Theodoſio XI & Valentiniano coſſ. Placidia Auguſta & Valentinianus Cæſar mira felicitate Ioannem tyrannum opprimunt, & regnū uictores recipiunt data uenia Aëtio, quod Huni, quos per ipſum Ioannes acciuerat, eiſdem ſtudio ad propria reuerſi ſunt. Craſſinus autem in exilium actus eſt, quia uidebatur Ioannem ſine comitiū regnum non potuiſſe aſſumere. Valentinianus Decreto Theodoſij Auguſtus appellat. Archillas nobile oppidum Galliarum à Gothiſ multa uī oppugnatum eſt, donec imminente Aëtio non impuniti diſcederent.	428
3	Theodoſio XII & Valentiniano II coſſ. Patroclus Arelatenſis Epiſcopus à Tribuno quodā Barbaro multis uulneribus laniatus occiditur, quod facinus ad occultam iuſſionem Felicis magiſtri militum referebatur, cuius impulſu traditur etiam Titus Diaconus uir ſanctus Romæ pecunias pauperibus diſtribuens interfectus.	429
4	Hierone & Ardabure coſſ. Bonifacio, cuius potentia gloriaq; in Africa augebatur, bellū ad arbitriū Felicis qui ad Italiā uenire annuſat publico nomine illatum eſt, ducibus Mauortio & Galbione & Sinoce, cuius proditione Mauortius & Galbio cum Bonifaciū obſiderent, interempti ſunt: moxq; ipſe à Bonifacio dolo detectus occiſus eſt. Exinde gentibus quæ uti nauibus neſciebāt, dum à concertantibus in auxilium uocantur, mare paruum factum eſt, belliq; contra Bonifacium coepti in Sigiſuultum comitem cura translata eſt.	430
	Gens Vandalorum ab Hiſpanijs ad Africam tranſijt.	
5	Felice & Tauro coſſ. Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus nouū eccleſijs molitur errorem inducere, prædicans Chriſtum ex Maria hominem tantum & non deum natum, eiq; diuinitatem collatam eſſe pro merito. Huic impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Epiſcopi in duſtria & Papæ Celeftini repugnat autoritas.	431
	Pars Galliarū propinqua Rheno, quā Franci poſſident	

*Neſtorij typhij*

A	Anni mundi.	Romanorum.	Anni domini.
		dam occupauerunt, Aëtij Comit̃s armis recepta,	
	5650	6 Florentino & Dionysio COSS. Felice ad patritiam dignitatem prouecto, Aëtius magister militum factus est ex agricola.	432
		Pelagianus Seueriani Pelagiani Episcopi filius, ecclesias Basternæ dogmatis sui insimulatione corrupit, sed actione Palladij diaconi Papa Celestinus Germanum Antiodorensem Episcopũ uice sua mittit, ut deturbatis hæreticis Britannos ad catholicam fidem dirigat.	
		7 Theodosio XIII & Valentiniano III COSS. Aëtius Felicem cum uxore sua Padusia, Egrumitiũ diaconum eos insidiari cum præsensisset, interemit.	433
		Augustinus Episcopus per omnia excellentissimus moritur v Calendas Septembris, libris Iuliani inter impetũ obsidentũ Vandalorũ in ipso dierũ suorũ sine respondẽs, & gloriose in defensione Christianæ gratiæ perseverans.	
		8 Basso & Antiocho COSS. Congregata apud Ephesum plus ducentorum Synodo sacerdotum, Nestorius cum hæresi nominis sui, & cum multis Pelagianis qui cognatum sibi dogma iuuabant damnatur.	434
		Ad Scotos in Christum credentes ordinatur à Papa Celestino Palladius & primus Episcopus mittitur.	
		9 Aëtio & Valerio COSS. Romanæ ecclesiæ XLII præficatur Episcopus SIXTVS.	435
		Totius orbis pace & confessione mirabili Bonifacius ab Africa ad Italiam peruenit in Urbẽ, accepta magistri militum dignitate, qui cum sibi resistentem Aëtium prælio superasset, paucos post dies morbo extinctus est. Aëtius uero cum deposita potestate in agro suo degeret, ibiq; cum quidam inimicus eius repentino eum incurſu opprimere tentasset, profugus ad urbem, atq; illinc ad Dalmatiam, deinde Pannoniam ad Hunos peruenit, quorum amicitia auxilioq; usus pacem principum Aëtius interpellata potestatis obtinuit.	
		10 Theodosio XIII & Maximo COSS. maxima urbis Regiæ pars Septentrionalis per tres dies continuo incensa collapsaq; est mense Augusto.	436
		Ioannes monachus cognomẽto Cassianus Massiliæ insignis & facundus scriptor habetur.	
		11 Aspare & Ariouinda COSS.	437
		12 Theodosio XV & Valentiniano III COSS. pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum per triennium in loco Africa portione Hippone 3 Idus Februarij.	438
		Eodem tempore Gundicariũ Burgundionũ regem intra	

*Beh. l. 1. c. 7. grad  
Sarr. 429. Agriola  
Pelagianus etc.*

*Aug. Aug. moritur*

PROSPERI A Q V I T A N I C I

C	Anni mūdi.	Romanorum.	Anni domini.
		Gallias habitantem Aëtius bello odtriuist, pacemq; ei sup- plicanti dedit, qua non diu potitus est. Siquidem illum Huni cum populo suo atq; stirpe deleuerunt.	
	13	Isidoro & Senatorz COSS. Gothi pacis placita pertur- bant, & pleraq; municipia sedibus uicina suis occupant; Narbonensi oppido maxime infesti, quod cum diu obfi- dione & fame laboraret, per Littoriū Comitē ab utroq; periculo liberatus est. Siquidē per singulos equites binis tritici modijs aduectis strenuissime & hostes in fugam uertit, & ciuitatem annona impleuit.	439
	14	Aëtio II & Sigisualto COSS. Bellum aduersus Go- thos Hunis auxiliantibus geritur. Geisericus rex Vandalorum intra habitationis suae limi- tes uolens catholicā fidem Ariana impietate subuerrere, quosdam nostrorū Episcoporū eatenus persecutus est, ut eos priuato iure Basilicarum suarum etiam ciuitatibus pelleret, cum ipsorū constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet. Valentinianus Augustus ad Theodosium principem Constantinopolim proficiscitur, filiamq; eius in matri- monium accipit. Eodem anno Piraticam Barbarorum foederatorum desertores exercuerunt. Per idem tempus quatuor Hispani uiri, Arcadius, Pro- bus, Paschasius & Euty chius, dudū apud Geisericū me- rito sapientia & fidelis obsequij clari habebantur, quos rex ut copulatiores sibi faceret in Arianam sectam trans- ire praecepit. At illi facinus constantissime respuentes, ex- citato in rapidissimā iram Barbaro, primū proscripti, de- inde in exilium acti, tum atrocissimis cruciati supplicijs, ad postremū diuersis mortibus interempti illustri marty- rio mirabiliter occubuerunt. Puer autē Paulillus nomine frater Paschasij & Euty chij, pro elegātia formae atq; ingenij admodū regij acceptus, à professione atq; amore catholicae fidei cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus caesus ad infamem seruitu- tem damnatus est, nec ideo ut apparet interfectus, ne su- perata sauitia impij regis etiam illa aetas gloriaretur.	440 <del>441</del>
	15	Theodosio XVI & Fausto COSS. Hoc quoq; anno isdē Pirata multas Insulas, sed praecipue Siciliam uastauere. Aduersum Gothos in Gallia quaedam prospere gesta.	441
	16	Theodosio XVII & Festo COSS. Littorius qui se- cundā ab Aëtio Patritio potestati Hunis auxiliantibus praerat, dum Aëtij gloriā superare appetit, dumq; aruspici curā responsis & daemōnū significationibus fidit, pugna	442

cum

Anni mūdi.	Romanorum.	Anni domini.
	<p>cum Gothis imprudenter cōseruit, fecitq; intelligi quantum illa eorū quæ perijt manus prodesse potuerit, si potioribus consilijs quàm sua temeritate uti maluisset, quādo tantam ipse hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideranter prælians captiuitatē incidisset, dubitandum foret cui potius parti uictoria ascriberetur.</p> <p>Hac tempestate Iulianus Athel enēsis iactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendī correctionis spem præferens, molitus in cōmunionem ecclesiæ iri pere: Sed hijs insidijs Sixtus Papa Diaconi Leonis hortatu uigilanter occurrens, nullum aditū pestiferis conatibus patere permisit, &amp; ita omnes catholicos defecione fallacis bestia gaudere fecit, quasi tunc primū turpissimam hæresim apostolicus gladius detruncasset.</p> <p>Per idem tempus Vitricus reipublicæ nostræ fidelis multis documentis bellicis clarus habetur.</p> <p>Pax cū Gothis facta, cum eā post ancipitis pugnae lachrymabile experimentū humilior q̄ unq; ante poposcissent. Aetio rebus quæ in Gallijs cōponebantur intento, Geisericus de cuius amicitia nihil metuebatur, 14. Cal. Nouembris Carthaginem dolo pacis inuadit, omnesq; opes eius excruciatīs diuerso tormentorū genere ciuibus, in ius suū uertit. Nec ab ecclesiarū despoliatione abstinens, quas &amp; sacris uasibus exinanitas, &amp; sacerdotum administratione priuatas, non iam diuini cultus loco, sed suorū iussit esse habitacula. In uniuersum captiui populi ordinem saeuus, sed præcipue nobilitati &amp; religioni infensus, ut nō discerneretur hominibus magis an deo bellum intulisset.</p> <p>Carthago à Vandalis capta, anno postquam Romana esse cœperat 585. aliās 583.</p>	
17	<p>Valentiniano v Augusto &amp; Anatholio coss. Defuncto Sixto Episcopo, XL amplius diebus Romana ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atq; patientia aduentū Diaconi Leonis expectans, quē nunc inter Aetiū &amp; Albinum amicitia redintegrandæ Galliæ detinebant, quasi ideo longus esset aduentus, ut electi meritū &amp; eligentū iudicium probaretur. Igitur LEO Diaconus legatione publica accitus &amp; gaudenti patriæ præsentatus, XLIII Romanæ ecclesiæ Episcopus ordinatur.</p> <p>Geisericus Siciliam grauiter affligēs, accepto nuncio de Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte celeriter Carthaginem redijt, ratus periculosum sibi ac suis fore si uir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisset:</p>	443

Q 3 Verum

PROSPERI A Q V I T A N I C I C H R O N I C O N .

C	Anni mūdi.	Romanorum	Anni domini.
		Verū ille amicū se magis q̄ hostem uideri uolens diuersa omnia apud Barbaros q̄ præsumpserat reperit, eaq̄ spes causa illi maxima & calamitatis & infelicis mortis fuit.	
V.C.	18	Cyro III Consule, Theodosius Imperator bellū contra Vandalos mouet, Ariounda & † Anaxilla atq̄ Germano ducibus cū magna classe directis, qui longis cunctationibus negotiū differentes, Siciliae magis oneri quā Africae praesidio fuerunt.	444
† Ausila	19	Dioscuro & Leudoxa COSS. Hunis Thraciam & Illyricū saua depopulatione uastatibus, exercitus qui in Sicilia morabat ad defensionē Orientaliū partiū reuertitur. Cum Geiserico autē ab Augusto Valentiniano pax confirmata, & certis spacijs Africa inter utrunq̄ diuisa est. In Geisericum apud suos de successu rerū superbientem quidam optimi eius ipsius conspirauerunt, sed molitione detecta multi ab eo supplicijs excruciatī atque extincti sunt. Cumq̄ idem audendum etiā alijs uideretur, multis regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus uirium perderet quā si bello superaretur.	445
	5640 20	Maximo II & Paterio COSS. Hoc tempore plurimos Manichaeos intra urbē latere diligentia Papae Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius ecclesiae publicatos, omnes dogmatis suae turpitudinem & dānare fecit & prodere, incensis eorū codicibus, quorū magna moles fuerunt intercepta. Quae cura uiro sancto diuinitus, ut apparuit, inspirata, non solū Romanae urbi, sed etiā uniuerso orbi plurimū profuit. Siquidem confessionibus in urbe captorū, qui doctores eorū, qui Episcopi, quiue presbyteri in quibus prouincijs uel ciuitatibus degerent, patefactum est. Multiq̄ Orientaliū partiū sacerdotes industriā apostolici rectoris imitati sunt.	446
	21	Theodosio XVIII & Albino COSS. Attila rex Hunorum Bledam fratrem & consortem suum perimit, eiusq̄ populos sibi parere compellit.	447
al. Bledam.	22	Valentiniano VI & Nono COSS.	448

PROSPERI A Q V I T A N I C I F I N I S .

LECTORI.

Q̄V AE sequuntur ex Matthei Palmerij Florentini uiri quidem diligentissimi libro de temporibus ad uerbum sumus mutuati. Cuius sanē libri antecedentia eo consilio scribenda esse non putauimus, quod ferē omnia horū librorū ex superioribus sint excerpta. Ne uero subinde eadem ad legentis tediū infarcirentur consilio omisimus. Ea uero quae non immerito poterant à lectore desiderari, operae precium fore rati sumus, si ad continuandam in praesentem usq̄ ferē diem historiā apponrentur.

MATTHAEI